

guerra, como se requiere e deve ser fecho, segund el tenor e forma contenidos en las dichas confederaciones e alianças entre nos otros firmadas e juradas, porque sienpre aquellas sean guardadas, non menguadas nin violadas en cosa alguna. Dada en la villa de Arevalo, doze dias de noviembre, año del nascimiento del Nuestro Señor Jesu Christo de mill e quatrocientos e çinquenta años.

YO EL REY.

Fernando Diaz de Toledo, oydor y referendario del rey y del su consejo y su relator, y secretario la fize escribr por su mandado e en testimonio de verdat, fize aqueste my sig + no.

YO EL DOCTOR.

Fernandus referendarius Doctor et secretarius.

Bibl. Nat., ms. lat. 6024, f° 85.

66

Henri IV charge D. Juan Manuel, Ortun Velasquez de Cuellar et le docteur Alfonso Alvarez de se rendre en France, avec pouvoir de régler toutes les difficultés pendantes entre les deux couronnes.

Avila, 10 janvier 1456.

Enricus, Dey gracia Castelle et Legionis rex, universis et singulis presentes litteras inspecturis, salutem cum gloria Dey illuminatam. Nuper phedus laudabile amicicie ligeque et confederacionis per meos ad hoc specialiter constitutos procuratores una cum serenissimi principis karissimi fratris et consanguinei nostri Karoli regis Francie ambaxiatoribus, procuratoribus et ejus nunciis specialibus, peracte initeque fuerunt et concordate, quarumquidem confederacionum litteras serie formatas nominibusque suis propriis roboratas et aposicione suorum sigilorum munitas, ut per eas constat evidenter prefacti nostri procuratores consimiles a predictis ambaxiatoribus, nunciis serenissimi regis Francie predicti recipiendo traderunt, et quia nos postea, volentes promissioni pro nobis et nostro nomine per prefactos procuratores nostros facte, pro robore et firmitate tan (*sic*) sinceri tanque preclari phederis et contractus convenienter satisfacere, confirmavimus aprobavimusque et ratifi-

cauimus insuper et iurauimus omnia et singula per eosdem facta, gesta, concordata et inita ut in instrumento nostre confirmacionis laciis continetur, quod predicto serenissimo regi Francie tradendum est, simileque ab eo et in eodem contextu recipiendum, quibus desuper necnon super nonnullis diferenciis, videlicet de salvis conductibus anglicis et alamanis datis et dandis et de privilegiis nostris subditis in regno et dominiis predicti serenissimi regis Francie nostris subditis fractis et super aliquarum represaliarum et injuriarum aliquibus et nostris subditis per officarios aliosque subditos suos illatarum, restitutione ac satisfacione procuranda, necnon ad sedandas guerras et dissensiones causa turris que noviter edificabatur in riparia que est inter nostram villam de Fonterabia et de Labort et Urtubia sequitas hucusque errandicandas ac sedandas et super hiis aliquod bonum medium inveniendum et dandum ac ad predictarum dissensionum extirpacionem et determinacionem, prout hec omnia et singula novissime tacta fuerunt et colocuta inter ambaxiatores prefacti serenissimi regis Francie et doctores, patrios et consiliarios nostros, prout eorum manibus propriis signata fuerunt; super quibus omnibus et singulis et alliis cujuscumque qualitatis, vigoris et sustancie que possunt evenire et contingere, ad ea ac super ipsis et ea utrumque directe vel indirecte tangentibus et eadem concernentibus et de ipsis jan (*sic*) tactis sive eorum altero seu alteris dependentibus, emergentibus, anexis et conexis, nos, confidentes ad plenum de prudencia, fidelitate, pericia, probitate et solercia dilectorum et fidelium nostrorum reverendi patris Fortuni Velasci de Cuellar, Sedis apostolice prothonotarii, decretorum doctoris necnon decani Segobiensis, nostreque audiencie auditoris, verum eciam dopni Johannis Manuel nostreque guardie majoris, ac doctoris Alfonsi Alvari, secretarii nostri nostreque auditoris audiencie, ad eundem serenissimum regem Francie, fratrem, consanguineum et confederatum nostrum, eos deliberavimus destinare. Idcirco, ex nostra certa sciencia et matura nostri consilii deliberacione constituimus, facimus et ordinamus per presentes nostros ambaxiatores, oratores, procuratores nunciosque generales et speciales predictos Fortunium, prothonotarium et Dopnum Johannem Manuel, et Alfonssum Alvari, doctorem et secretarium, dantes eisdem plenam, generalem et liberam potestatem, facultatem, auctoritatem et mandatum speciale signanter et precipue dandi, tradendi persone ipsi predicti serenissimi regis Francie, fratris, consanguinei nostri karissimi et confederati predictarum confederacionum et ligarum nostrorum confirmacionem et ejus instrumentum, dum-

modo simili parique modo et in ipso et eodem contextu realiter et in actu ab ipso conformes literas recipiant sue videlicet confirmationis et aprobacionis, insuper ad intellegendum, tractandum, procurandum, notificandum, intimandum, et si opus fuerit, requirendum super omnibus et singulis pretactis cujuscumque qualitatibus, vigoribus et sustancie existant, casus predictos concernentibus et ab eisdem emergentibus anexis et conexis, et ad concordandum, pacificandum, conveniendum, equandum, transigendum et amicabiliter componendum cum eis predictas diferencias, et quaecumque vel quascumque earum tan (*sic*) in parte quam in toto conjunctim vel divisim in perpetuum vel ad tempus certum et limitatum, eciam ad quemcumque ramusculum discordie evelendum et in omnibus et quibuscumque ita gerendum et procurandum, ut nostro phedere penitus et amicicia firmiter suo in vigore permanentibus illesis, equalitas inter nos, regna et dominia et subditos nostros et predictum serenissimum regem Francie suaque regna et dominia et ejus subditos omnimodo in omnibus et singulis observetur, et ad ministrandum que ad predicta spectant et pertinent et spectare et pertinere possint, et que merita causarum predictarum omnium postulant et requirunt, prout ipsis ambaxiatoribus et procuratoribus videbitur expedire, eciam si tallia essent que mandatum specialius exigent, jurandumque in animam nostram et in verbo regio promittendum predicta omnia et singula per eos tractata et concordata atque concordanda et tractanda per nos firmiter teneri et immobiliter observari, simileque juramentum, obligationes et stipulationes a predicto fratre nostro rege Francie et a suis quorum intererit requirendum, petendum, exigendum et recipiendum, promittimus eciam bona fide et in verbo regio et sub obligatione bonorum nostrorum quorumcumque, pro nobis hereditibusque, successoribus, ac regno, subditis, amicis et benivolis nostris, nobis adherentibus et adhesuris, nos ratum, gratum, firmum et stabile habere et perpetuo habituros queque per dictos ambaxiatores et procuratores nostros fuerint inita, tractata, petita, requisiti, concordata, declarata, promissa, acta, dicta, gesta, conclusa, facta ut fuerint in premissis et eorum quolibet vel circa ea una vice aut iterato, inefragabiliter (*sic*) observaturos, tenturos, explecturos et confirmaturos, nostras litteras super hiis quocienscumque erimus requisiti sepredicto fratri nostro daturus, ab eodem conformes rescipiendo (*sic*). In quorum omnium fidem et testimonium premissorum, sigillum nostrum literis presentibus duximus apponendum.

Datum in civitate nostra Abulensi, in regio palacio et domibus residencie nostre, x^a die januarii, anno Domini milesimo quadringen-